

871

PSALMVS L.

40 P. lat rec. 871

MISERERE MEI
DEVS. VNACVM SYMBOLO ATHA-
nasii, Carmine Elegiaco redditus,

A.

CHRISTOPHORO HIEMARIO
LANGENALTENSE.

L. O. R.

Psal: CXVIII

Iustus es domine, et rectum tuum
iudicium

F. Gregorii Gastelii, ad Leo-
torem Epigramma.

Ergo age psalmographi caste qui noscere gliscis,
Sunt de Dauidis quæ modulata Cheli.
Accipe Christophori monumenta fidelia, lector,
Quæ nostro Pallas tempore docta dedit.
Sæpeq; p; allegito tu Hiemari Carmina culta,
His haurire potes commoda plura tibi.

Augustæ Vindelicorum, Anno,
M. D. LXVI.

CHRISTOPHORVS HIEMARIUS
LANGENALTENSIS.

Lectori, S.

Quem David laxo psalmum rex fudit ab ore,
Ante patrem fieret cum sua supra Deum
Vertere in hos Elegos uersus modo, candide Lector,
Duximus, Ostenero pignora grata meo.
Hoc igitur tenui conscriptum Carmen auena
Accipe, quod placida perlege fronte precor,
Vmbriferi quamuis iuga sacra Heliconis adiui,
Nondum, nec ter tres ex Helicone Deas &
Non tamen in genuis cessabo incumbere Musis,
Dum nihil his totus maius orbis amat.
Nec piget in tenui me contruiisse laborem
Messe, datur donec grandia scripta sequi



VENERANDO AC DOCTO VIRO DOMINO LAUREN-

tio Ostnero Rauner Sacrifico Zemezhu,
sensi vigilantissimo, Christopho-
rus Hiemarius Langenalten-
sis, S. P. D.

Etsi mihi propter scholastica mea negotia, venerande
domine Ostnere, quibus quotidie sum occupatus,
perbreue temporis spaciūm sit concessum, adeo, ut haud
facile alijs potius studij s operam meam impendere pos-
sim, quam ijs, qua mea functio requirit: tamen sum
ma animi tui benevolentia, qua me unicē amplecti soles,
mihi cum primis ansam dedit, ut penes etiam hæc quo-
tidiana negotia aliquod luderem Carmen, tibiq; illud in
pignus nostræ olim amicitiæ fraternitatisq; contrac-
tæ, unā cum fælici huius noui anni precatione, transmis-
terem, ne fortasse tibi esset unde me tui parum gratum
parumq; memorem fuisse, iure affirmare auderes.

Itaq; cum me non lateat, te ob poëtices lectionem
permultū delectari, presertim qui poetas ipsos et amas
et soues, concepi hunc quinquagesimum psalmum ex
soluta in pedestrem orationem uertere, quem sanè nunc
pro ingenij mei tenuitate uersum, tuoq; nomini dicatu
unā cum symbolo Athanasij offero, eniā regans, ut
hoc exiguum manuscolum, loco saltē strenæ, à me æ-
quo benignoq; animo accipere uelis. Quanquam non

A ij infitior,

infistior, hunc psalmum à quibusdam uiris facile doctissimis expolitiori quadam stylo in ligatam orationē sacerdotius fuisse transuersum adeō, ut iam nemo alia indigeat expositione: tamen hoc, quicquid est muneris tibi dicationi non contemnendi me literatores, sed solum exercendi ingenii mei gratia conscriptū esse, existimares uelim, ac deinceps tibi sic persuaderes, me hoc unico cartaceo xeniolo amicitiam nostram propter nimia silentii diutinatem penè exoletam iterum restaurare uoluisse, quam precor ex animo, ut quam diutissimē inter nos

maneat. Chtistus opt: Max: te nobis omnibus in
Nestorios quasi annos seruet in columem. Au-
gusta vindelicorum. Anno à partu virgi-
neo, Milesimo Quingentesimo
Sexagesiō Sexto, Calendis
Februarii,

C:
Prudens simplicitas. L.
H:

PSALMVS L

Miserere mei Deus.

ARGVMENTVM

In hoc psalmo David rex, pænitentia et cordis contritione datus, a deo, ob stuprum Bersabæ, & homicidium Uriæ mariti eius, peccatorum suorum petit remissionem: ut uidelicet eum non propter sūm meritum, et eius carnales affectus, quibus indulxit, punire sed potius secundum magnam misericordiam sui misericordia dignetur. Deinde etiam orat, ut spiritum sanctum virtutem & ueram pænitentiam suo exemplo instruere possit.

O DEVS omnipotens rutili fabricator olympi,
Qui regis hæc quicquid machina tata tenet.
Cuius perpetuus clementia durat in annos,
Et miscrum nulla clade perire sinit.
Respice me placido, tua ceu miseratio vultu,
Postulat, et totus commiserere mei.
Dele, inquam, scelerum siquid contraximus unquam,
Et peccatorum me sine labe rege.
Immō mens uitiiis quando est maculata prophani s,
Mi deus, ablue eam quæslo salutis aqua.
Namq; mei sceleris sum conscius ipse peracti,
Ante quod est oculos nocte dieq; meos.
Quia tibi peccaui soli, et mala plurima struxi, feci
Te coram, nullo quæ latuere die.

Cur

Cur tua sum toties offendere numina passus
Cur grauis ira mihi non metuenda fuit?
Nempe quod in uerbis modo iustificeris optimis,
Quæ prius est uerax lingua locuta tua,
Ac uincas pariter qui in se confidit iniquum,
Ultima quum iudex iura daturus eris.
Nam mortalis homo qui iudicat omnia sensu,
Communi, solum se putat esse probum.
Sed tu qui renes ò rerum summe creator
Scrutaris nos, cordaq; cuncta probas.
Quæso fer auxilium multum peccasse fatenti
Et me supplicij nec statue esse reum.
Ecce etenim ueni peccator matris ab aluo,
Nil nisi prima mihi crimen origo fuit.
At tu quod uerum est: et iustum semper amasti,
Iustitia hinc metito nobile nomen habes.
Quæ fuit ante meos sapientia condita ocellos,
Facta mihi nota est iam pietate tua.
MI DEV Shislopo rogo me dignabere dulci,
Spargere, sic siam candidiorq; niue.
Insuper et toto mundabor corpore, cunctis,
Teduces, et à uitiis immaculactus ero.
Præterea noua lætitiae mihi perfer ad aures
Gaudia, quæ durant tempora longa, meas.
Omnia sic fragilis lætentur corporis ossa
Quando uigore tuo sunt reparata nouo.
Nunc oculos auerte tuos, faciemq; tremendam,
Omnibus à uitiis, sunt quia magna, meis.

Si

Si suberunt tamen et priscae uestigia fraudis,

Qua soles extinguis cum pietate precor.

O deus immundo nocuas decorpore lordes,

Affer, et his si quid noxius esse potest.

Fac potius crescant in me pia corda, tuuscq;

Viscera rimetur spiritus ille mea

Deniq; se miserum qui confiteatur et ægrum,

Esse, procul facie quin neq; pelle tua

Spiritus auxilium nunquam mihi subtrahe sancti

Sed fruar illius perfice lætus ope,

Qua si destituar: mox præualet impius hostis,

Aduersusq; tuos surget ut arma parat.

Ergo uel in tantis peream ne cladibus ullis,

MI DEVS, adiutor fortis adesto meus.

Optatæq; tu æ mihi gaudia redde salutis,

Et mea confirma pneumate membra tuo.

Sic tua sacrilegos uestigia sancta docebo,

Atq; tibi reprobus conciliatus erit.

Mi deus æternæ spes unica nostra salutis,

Quo sine non certam est qui ferat ullus opem;

Eruedamnosi rogo me de faucibus orci,

Ne ferar effusi sanguinis esse reus.

Sic super astra piis te laudibus omnia tollam,

Iustitiaeq; tuæ iubila grata canam.

Nunc pater omnipotens aperi mea labra, foueq;

Hymnidicum cantet quo mea lingua melos,

Nam si placaret te uictima sacra, dedissem,

Sed neq; te posito commouet illa foco.

Quin neque sunt cordi fragrantia thura, sed omnis
Spiritus affligens se tibi gratus erit,
Quem regit elato damnsa superbia flatu,
Hunc Deus ad Stygias delicis usque lacus
Euchis at cunctos contritum pectus habentes,
Tempore quos nullo deseruisse potes.
Nunc demum miserae benefac pater alt*m*e Sioni,
Cui non auxilium subtrahet qu*æ*so tuum.
Ut sua de integro solimorum urbs mænia ponat,
Ac tibi contingat maximus huius honor.
Pinguis iusticiæ tibi sic holocausta feruntur,
Quæ tedelectant, quæ tibi sola placent.
Tunc etiam templi gaudabit turba sacrati,
Vlque tuis uitulos ad posuisse foci.

FINIS.

SYMBOLVM A-

athanasi Carmine Elegiaco redditum, authore

CHRISTOPHORO HIEMARIO

Langenaltense.

Argumentum Floriani Schuman Lipsici
de Symbolo Athanasii.

Catholicam qui uoce fidem qui mente sequuntur,
Lustrabunt nitidi sidera clara poli.

Ergo etiam Stygys nemo reueabitur vndis,
Sit nisi Sia ceræ religionis amans,

Qui cupit æternæ contingere dona salutis,
Et pia stelligeri regna subire poli.

Hunc decet in primis ut confiteatur, ametq;
Catholicam uera religionem fidem.

Quam nisi quisq; suo constanti pectore seruat,
Ips procul ad Stygias perditus ibit aquas.

Attamen ista fides quam toto corde fatetur
Catholica, in summa dicit ut esse breui.

Nempe deum triade in sancta ueneremur ut vnum,
Atq; vnum triadem credimus esse deum.

Tres neq; personas pariter confundimus ipsas,
Sed substantia in his inseparata manet.

Nam pater in persona altius reperitur, et ipse
Filius, atq; aliis spiritus almus erit.

B

Attamne

Attamen his una est rerum diuina potestas,
Gloria, maiestas, atq; perennis honor.
Qualis enim pater est ita erit quoq; filius eius,
Non minor his sanctus spiritus esse potest.
Ex nihilo pater omnipotens est namq; creatus,
Filius et, sanctus spiritus ipse quoq;
Qui pater immensus, cum gnato et pueumate sancto,
Et licet æternus sit, maneatq; Deus.
Non tamen æterni sunt tres; æternus at unus,
Est deus, has magni qui regit orbis opes.
Sicut non tres immensi, tres fine carentes,
Esse queant, perpes sed Deus unus erit.
Scilicet omnipotens pater atq; per omnia iustus,
Cui similis natus pneumaq; sanctus erit.
Nec tamen esse duo possunt tres omnipotentes,
Vnus cuncta deus qui moderatur, erit.
Sic pater est dominus, genuit quem filius atq;
Sic dominus sanctus spiritus est, et erit.
Non sunt tres domini: sed qui regit omnia solus,
Est dominus, fasces imperiumq; tenet.
Vnamquamq; licet personam credimus esse,
Æternum dominum uiui sicumq; deum.
Non tamen ex nostra dominos tres esse licebit,
Dicere, catholica religion deos.
Ut pater est æternus: ita est à nemine factus,
Nam genitore suo, principioq; caret.
Quin non est factus necq; filius unde creatus,
A patre tum gnato sed tamen exit ouans.

ER,

Es est pater ergo vnuus; non tres sunt ordine patres,

Tres neq; sunt nati; natus at unus erit.

Tempore sic nullo possunt tria flamina adesse,

Spiritus est vnuus; qui sine fine manet.

In triade hac nil posterius queat esse priusq;

Sic nihil aut maius, uel minus esse potest,

Nam tres personæ, sicut discrimine nullo,

Aequales sibi sunt; sic quoq; semper erunt.

Non secus omnis homo pro certo credere debet,

Catholica ostendit quam prius ipsa fides.

Nempe deum triade in sancta ueneremur ut vnum,

Inq; deo solo sit ueneranda trias.

Ergo salutiferæ qui uult ut in ordine turbæ,

Incola perpetuo tempore stare queat,

De triade ille secus sancta non credere debet;

Cerdere quam docuit catholica ipsa fides.

Sed tamen hoc unum cunctis meminisse necesse est,

Quo sine, crede mihi, nemo beatus erit.

Scilcet humano Cristum de sanguine natum,

Esse, sed ex nulla seminis arte uiri.

Ergo fides nostra est, homines quæ nutrit omnes,

Quos nec in ærumnis deseruisse potest.

Vt Christum pariterq; hominem credamus IESVM,

Esse dei gnatnm uiuificumq; deum.

Nam deus ante sui genitus primordia mundi,

Ex substantia, et est non aliunde, patris.

Deinde fuit casta Maria de uirgine natus,

Verus homo, nec non uerus in orbe deus.

Hinc animam sumpsit multum rationis habentem,
Qua cum carne simul præditus ipse fuit.
Est tamen æqualis nullo non tempore patri,
Si deus est, et ut est, qui sine fine manet.
Quattenus humanam sed sumpsit matris in alio,
Naturam, fuerit quam minor ipse pater.
Qui licet ipse deus uel homo sit in æthere, non sene
Nempe duo: Christus sed pius vñus erit.
Is deitate sua manet incarnatus in alma,
Corpus, at assumpta carne, perenne tenet.
Quandoquidem in carnem nunquam conuertitur ipsa
Perfragilem deitas, sed nisi solus homo.
Sicut quæ compos anima est rationis, idemq;
Ipsa caro, est unus tum quoq; uerus homo.
Sic deus est et homo Christus sanctissimus vñus,
Qui patre cum sancto et pneumate semper erit.
Qui quoq; pro nobis est tristia vulnera passus,
In cruce, qua tandem mortuus ipse fuit.
Postmodo lethiferi platonis regna subiuit,
Eripiens ueteres ex Acheronte patres.
Hinc iterum uenit tumulo reuocatus ab atro,
Tertia cum solis lux fuit orta noui.
Conscenditq; sacrum sublimis limen olympi,
Quo patris ad dextram cum pietate sedet.
Inde etiam ueniet uiuos ut iudicet omnes,
Et quos extinxit mortis auara manus.
Cuius in aduentu renuit quos terra septitos,
Cum proprijs surgent corporibusq; suis.

Qui

Qui quoq; de factis rationem reddere debent,
Quæ prius in uita commeruisse sciunt.
Tunc traduxerunt qui uitam nempe beatam,
Hæredes regni sunt sine fine dei.
Sed uitam in uitiis qui consumpsere nefandis,
Hispatet ad summum ianua nulla polum.
Flammifero potius sed concremantur in igne,
Quo non spes uitæ est, nulla petenda salus.
Ergo nostra fides de qua nunc diximus, hæc est,
Catholica, in summa quæ manet usq; breui.
Quam nisi quisq; suo Constanti pectore seruat,
Ibit is ad Stygias non redditurus aquas.

FINIS.

B. ij

De imagine Crucifixi Christi
pia meditatio

CR : HI :

O homo qui transis me tristibus aspice ocellis,

Atq; tuo lachrimas pectore funde pias.

Aspice crudeli laceratum vulnere corpus,

Namq; mihi tanti causa doloris eras.

Pro te sum natus, cæsus, sum vulnere læsus,

In cruce sum passus spicula duranecis.

Ne sis lethiferi forsitan data præda Draconis,

Et sine diuina desperearis ope.

Sed potius mecum uiuas, mecumq; fruaris

Tempore perpetuo; Nectare et Ambrosia,

Solute mihi tanto dignas pro munere grates,

Nam tibi per mortem est nunc data uita meam.

FINIS.

beas Cum. Si tumente eorum
Cui non mortalia spectaculū
Namq; hinc domo.
Clavis dñe ois homo.

Laus nunc. P. Stanislaus
Laus

